



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Ecclesiastica Hymnodia Libri Tres**

**Secchi, Anacletus**

**Antverpiæ, 1634**

Ioanni Baptistæ Pallotto S. R. E. Cardinali Ferrarensis Provinciæ Legato A  
Latere Thessalonicensi Archiepiscopo Eminentissimo Amplissimoqve Don  
Anacletvs Siccvls Clericvs Regvlaris S. Pavli ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45942](#)

IOANNI BAPTISTÆ  
PALLOTTO  
S. R. E. CARDINALI  
FERRARIENSIS PROVINCIAE  
LEGATO A LATERE  
THESSALONICENSI  
ARCHIEPISCOPO  
EMINENTISSIMO.  
AMPLISSIMO QVE  
DON ANACLETVS SICCVS  
CLERICVS REGULARIS S. PAVLI  
SEMPITERNAM FELICITATEM.

 Cclesiasticam Hym-  
nodiam meam quarto  
ab hinc anno in Italia  
typis traditam, & ab  
EMINENTIA TVA singularibus  
\* 2 be-

benevolentiae atque humanitatis  
argumentis, dum ipsam Tibi pro  
**V R B A N O VIII.** summo Pontifi-  
ce legationem agenti apud **F E R-**  
**D I N A N D V M** Cæfarem in hac ipsa  
Viennensi ciuitate offerrem, ac-  
ceptam, cogor nunc celebrio-  
ri prælo subiicere, ut compluri-  
bus omnium Ordinum Eccle-  
siasticis viris eam efflagitantibus  
faciam satis. Hac recenti edi-  
tione prodibit illa quidem re-  
bus ditior, à mendis castigatior,  
characterumque elegantia venu-  
stior: at, nisi egregium nancisca-  
tur patronum (priori fatis iuben-  
tibus nuper orbata) felicior exti-  
tisset infans quam adulta, & in  
ipsis comparatis diuitiis inops &  
destituta moereret. Ego itaque  
dum

dum orbem perlustro Christianum, vt insignem eligam virum, cuius firmo præsidio benevolæque tutelæ adultam iam pupillam committerem, ecce insignis fulgor tuus, EMINENTISSIME CARDINALIS, sese meo in primis offert adspectui, omnesque animi mei ita occupat vires, neminem vt alium opportuniorem aut eligere aut cogitare Tutorem queam. Et sanè illud ipsum quod gestas in gentilitio stemmate extentum brachium, hieroglyphico Ægyptiorum sapientum more te prædicat in Ecclesiastica Hierarchia tutissimum omnium Asylum; quo quibus frui datur, iis verè gloriari licet, istius se brachij orbe toto celeberrimi tectos

\* 3 — &

& communitos robore , quod  
non nisi egregia patrare facino-  
ra , ad Reipublicæ Christianæ  
præsidium & ornamentum , no-  
uit. Brachium istud in Hispa-  
niis per plures annos Apostoli-  
carum rerum habenas , ingenti  
cum omnium approbatione &  
admiratione , prudentissimè re-  
xit. Brachium istud in Germa-  
nia , dum EMINENTIA TVA a-  
pud Inuictissimum FERDINAN-  
DVM II. pro SEDE APOSTOLICA  
amplissimis perfungeretur lega-  
tionibus , ardua negotia feliciter  
peregit. Brachium istud purpu-  
ram sibimet texuit , communi-  
que omnium plausu acquisitam  
potius quàm conquisitam obti-  
nuit. Brachium istud in Italia  
nunc

nunc iterum supremum Pontifi-  
ciæ legationis, maxima cum no-  
minis Christiani dignitate, exe-  
quitur munus. Brachium quo-  
que istud, ni fata obstiterint, P E-  
TRI clavum & claves sanctissi-  
mè aliquando prouidentissime-  
que tractabit. Porridge igitur,  
PRINCEPS OPTIME, huic meæ  
auctiori atque ornatori Hym-  
nodiaæ optatum patrocinij tui  
brachium, cuius vim non semel  
nos adhuc sumus experti, præ-  
fertim dum Tute sacrosanctæ  
Iustitiæ æquas librans lances,  
rectumque tenens exertum gla-  
dium, huiuscemodi nostri Collegij a-  
pud sanctum Michaëlem iustif-  
sima iura ab iniuriis summa cum  
prudentia vindicasti, calum-

\* 4 nian-

niantiumq; quorumdam larvas  
penitus dissipasti. Huius nam-  
que brachij præstantissimi mu-  
nita præsidio Hymnodia hæc, ab  
omnibus libentiori excipietur a-  
nimo; totumque orbem inoffen-  
so percurrentis pede, percurrentur  
ipsa quoque audiùs ac frequen-  
tiùs. De vs interim Optimus Ma-  
ximus EMINENTIÆ TVÆ pluri-  
mos felicitatis annos, ad Chri-  
stianæ Reipublicæ commune  
commodum & decus, adiun-  
gat, quemadmodum in præsen-  
tiarum ex animo precor. Viennæ  
Austriacæ, viii. Kalendas De-  
cembris CIC. 150. xxxii.